

DIVI THOMAE AQUINATIS DOCTORIS ANGELICI QVAESTIONES DISPVTATAE DE POTENTIA DEI:



Qvaestio Prima.

De potentia Dei.

Et habet septem articulos.

- ¶ Primo enim quaeritur: Vtrum in Deo sit potentia.
¶ Secundo, Vtrum potentia Dei sit infinita.
¶ Tertio, Vtrum ea quae sunt naturae impossibilia, Deo sint possibilia.
¶ Quarto, Vtrum iudicandum sit aliquid possibile nel impossibile, secundum causas inferiores vel superiores.
¶ Quinto, Vtrum Deus possit facere quae non facit, & dimittere quae facit.
¶ Sexto, Vtrum Deus possit facere quae alii faciunt: vt peccare, ambulare, &c.
¶ Septimo, Vtrum Deus dicatur omnipotens.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Deo sit potentia.



OVSTR quaestio de potentia dei. Et primo quaeritur. vtru in deo sit potentia. Et videtur quod non. Potentia enim est operationis principium: sed operatio dei quae est eius essentia, non habet principium, quia neque est genita, neque procedens. ergo in deo non est potentia.

in Monolo gio cap. 14. a medio.

li. 5. co. 17.

¶ 2 Præt. Omne perfectissimum est deo attribuendum fm Ansel. ergo quod respicit aliquid perfectius non debet deo attribui: sed ois potentia respicit se perfectius, scilicet passiuam formam: & actiuam operationem. ergo potentia deo attribui non potest.
¶ 3 Præt. Potentia est principium transmutandi in aliud fm q est aliud: fm Philof. in 5. Meta. sed principium relatio quaedam est: & est relatio dei ad creaturas: prout significatur in potentia creandi vel mouendi. Nulla autem talis relatio est in deo secundum rem: sed solum secundum rationem. ergo potentia non est in deo fm rem.
¶ 4 Præt. Habitus est perfectior potentia: vt pote operanti propinquior. sed habitus non ponitur in deo. ergo nec potentia.
¶ 5 Præt. Nihil debet in deo significari per quod derogetur eius primitiue, vel simplicitati. Sed deus in quantum est simplex & primum agens agit per essentiam suam: ergo non debet significari agere per potentiam: quae saltem secundum modum significandi super essentiam addit.
¶ 6 Præt. Secundum Philof. in 3. Phy. In perpetuis non differt esse & posse: multo minus ergo in diuinis:

Tex. 32.

B sed vbi est eadem res: debet esse idem nomen a digniori sumptum. Dignius autem est essentia quam potentia: quia potentia essentiae aduenit: ergo in deo debet nominari essentia tantum, non autem potentia.
¶ 7 Præt. Sicut materia prima est pura potentia: ita deus est purus actus. Sed prima materia secundum essentiam suam considerata, est denudata ab omni actu. ergo deus in essentia sua consideratus, est absque omni potentia.
¶ 8 Præt. Omnis potentia ab actu separata est imperfecta: & ita cum nihil imperfectum deo conveniat: talis potentia in deo esse non potest. Si ergo in deo est potentia: oportet quod semper sit actui coniuncta. Et ita potentia creandi est coniuncta actui semper, & sic sequitur quod ab aeterno creauit res: quod est haereticum.
C ¶ 9 Præt. Quando aliquid sufficit ad aliquid agendum: superflue aliquid superaddit: sed essentia dei sufficit ad hoc quod deus per eam aliquid agat. ergo superflue ponitur in eo potentia per quam agat. Sed dices, quod potentia non est aliud quam essentia secundum rem: sed solum secundum modum intelligendi.
10 Sed contra. Omnis intellectus cui non responderet aliquid in re, est cassus & inutilis.
¶ 11 Præt. Praedicamentum predicamentis, sed dicitur. multo ergo minus potentia est in secunda specie non debet. Sed dices, quod est qualitas: sed dei esse.
12 Sed contra. Aut in re, aut nihil. Si nihil, quid in re ei respondet sit potentia praeter rationem.
¶ 13 Præt. Secus omne effectum autem huiusmodi propter aliud.
¶ 14 Præt. Vt dicitur in media intentione non agit per aliquid. ita nec per potentiam.
¶ 15 Præt. Secundum quod soli deo mutationis in se. Sed deus agit sine ratione. ergo deus agit sine potentia.
¶ 16 Præt. Philosophus actionis & passionis conuenit: ergo deus agit sine potentia.
¶ 17 Præt. Philosophus privatio. ergo in deo non est potentia.
¶ 18 Præt. Ma

is alijs 7. di Lib. 7. de Trin. Cap. 5. to.